

Processus Originalis

Somasca, 7 ottobre 1678

(ms. originale in: ACM 3-1-331, trascrizione gennaio 2006)

Institutus, et absolutus Anno 1678 ex delegationes, et ordinatione Sanctae Sedis Apostolicae coram D.D. Judicibus Delegatis, in Oppido de Somasca, Dioecesis Mediolanensis, agri verò Bergomensis, super Miraculis Servi Dei Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschae Fundatoris, et nuper à Sancta Sede Apostolica (sequuta iam Beatificationis) inter Sanctos canonice adscripti, extractus per me Notarium Apostolicum infrascriptum à Rogitis Apostolicis q. Domini Andreae notarij Patris mei; quem ego hodie tradidi, obtuli, et dicavi Ven. Ven. Religionis Collegij S. Leonardi huius Civitatis Bergomi occasione solemnis Octavarij in proximo peragendi pro celebratione canonizatione eiusdem S. Hieronymi, ad hoc, ut in signum devotionis erga ipsum, et servitutis, quam profiteor erga prefatos Religiosos, et Collegium in eorum Archivio ad perpetuam memoriam asservetur. In quorum fidem, et testimonium, etc.

Ego Alexandu M.æ à Valle J.U.D. filius q. Nob. Domini Andreae Civis Publicus A. C. V. A. Notarius Bergomi praesens Documentum firmavi, subscripsi, signavi, tradidi, obtuli, ac dicavi in obsequium, ut supra etc. hac die prima Mensis Martij Anni 1768 Indictione prima.

/p.1r/ In Christo nomine Amen.

Anno ab illius salutifera Nativitate millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo, Indictione secunda more Mediolanensi, die verò Veneris septimo mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. D. Innocentij divina providentia Papae undecimi anno tertio.

Coram Ill.mo et Rev.mo D.D. Daniele Justiniano Patrino Veneto, Dei, et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Episcopo Bergomensis, Comite etc. Rev.mo D. Francisco Bernardino Corradino J.U.D., Prothonotario Apostolico, et Curiae Archiepiscopalis Mediolanensis Vicario Generali, stante absentia Emin.mi et Rev.mi D. D. Alphonsi Cardinalis Littae Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopi, consuetis vestibus violaceis, et Rocheto indutis, ac R. Rev.mis duabus dignitatibus Ecclesiae Cathedralis Bergomensis, nempe Joanne Baptista Vertua Comite, J.U.D. Praeposito, et Joanne Baptista Moiola J.U.D. Archipresbytero inductis pariter Rocheto, et manteletto nigri coloris, omnibus ad infrascripta ConJudicibus Deputatis à sacra Rituum Congregatione simul existentibus, et congregatis in aedibus Collegij S.ti Bartholomei, Congregationis Somaschae sitae oppido Somaschae Mediolanensis Dioecesis, agri verò /p.1v/ seu Districtus Bergomensis, in quibus de presenti commoratur dictus Ill.mus D. Episcopus praesente me Presbitero Dominico Regretto publico Apostolico, et Curiae Archiepiscopalis Mediolani Notario Collegiato etc.

Comparvit personaliter Admodum Rev.o Pater Don Franciscus Paleardu Vocalis capituli Generalis Congregationis Somaschae ad infrascripta omnia, et singula agendum, et exequendum, habens prae manibus instrumentum sui mandati procurae rogatum per Multum Revendo D. Petrum Paulum Origonum publicum Apostolica auctoritate, et Curiae Archiepiscopalis Mediolani notarium, et Causidicum Collegiatum diei vigesima mensis Augusti praesentis anni 1678 in autentica forma, ac cum literis Legalitatis, tenoris in fine praesentis registrandi, nec non plicum literarum Remissorialium, aliunque plicum literarum deputationis Subpromotorum, quas eisdem D.D. ConJudicibus ut supra simul congregatis ostendit, et ad eorum, et cuiuslibet eorum notitiam deduxit ad effectum etc., instetique humiliter pro confectione processus super miraculis, et alijs ab omnipotenti Deo patris /p.2r/ per intercessionem Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschae Fundatoris post absolutos alios processus, quorum validitas à sacra Congregatione iam approbata fuit, et iuxta illarum formam procedi, et sibi ius etc., omnique etc. Cuius mandati tenor talis est videlicet.

In abbreviatura mei notarij infrascripti sicut infra scriptum reperitur videlicet.

In Nomine Domini Anno à nativitate eiusdem millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo Indictione prima, die sabbati vigesima mensis Augusti. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, ac D. N. D. Innocentij divina providentia Papae undecimi anno eius secundo.

Cum Rev.mus Pater Don Alouisius de Menis Praepositus Generalis totius Congregationis Somaschae obtinuerit à Sacra Rituum Congregatione nonnullas literas remissoriales directas Ill.mo et Rev.mo D. Episcopo Bergomensis, nec non Rev.mo D. Vicario Generali Curiae Archiepiscopalis Mediolani, et duabus Rev.mis Dignitatibus /p.2v/ Cathedralis Bergomensis prout etc. pro formandis et instruendis processibus hic in Dioecesi super quaedam asserta miracula, seu assertas gratias obtentas ad invocationem Ven. Servi Dei Hieronymi Aemiliani fundatoris praefatae Ven. Congregationis.

Cumque ab Ill.mo et Rev.mo D. Promotore fidei in Curia Romana datae sint literae directae Multum Rev. D. Advocato fiscali Curiae Archiepiscopalis Mediolani et alij Subpromotori eligendo per ipsos D.D. Judices supranominatos, ut ex ipsis literis, quibus etc.

Cumque pro construendis, et formandis dictis processibus opus sit praesentare dictas literas remissoriales praefatis, ut supra nominatis, seu etc. ideo praefatus Rev.mus Pater Don Aloysius de Menis Praepositus Generalis, ut supra nunc moram trahens in Ven. Collegio Sanctae Mariae Secretae Mediolani.

Voluntarie etc. et omni meliori modo etc.

Fecit, constituit, et solemniter ordinavit, ac facit suum certum nuntium missum et procuratorem specialem, et quid quid melius etc.

/p.3r/ M. R. Patrem Don Franciscum Paleardu Sacerdotem professum eiusdem Congregationis Somaschae, et Vocalem Generalem in Provincia Veneta praesentem, et in se sponte acceptantem onus praesentis mandati cum facultate substituendi unum, vel plures procuratores ad infrascripta omnia peragenda cum simili, vel limitata facultate ei benevisa.

Specialiter, et expresse ad procuratoris nomine quo supra comparendum coram praefatis Ill.mo et Rev.mo D. Episcopo Bergomensis, et Rev.mo D. Vicario Generali Curiae Archiepiscopalis Mediolani, et duabus Rev.mis D. D. Dignitatibus Cathedralis Bergomensis Judicibus Delegatis, nec non et D. Promotori Fiscali Curiae praedictae Mediolani, et seu coram quo, vel quibus opus fuerit, et ei seu eis praesentantur dictas literas remissoriales emanatas, et datas à Sacra Congregatione Rituum, et ad petendum earundem literarum executionem, et instantiam faciendum, et petendum etiam /p.3v/ ut citentur, producantur, et examinantur testes loco, et tempore praefixo, et eorum iuramenta recipiantur, et depositiones testium ab uno, vel pluribus notarijs eligendis à praefatis Ill.mis et Rev.mis D. D. Judicibus Delegatis, nec non ad reportandum copiam authenticam dictorum processuum in solita, et valida forma ad effectum ut transmitti possint ad Sacram Congregationem Rituum, nec non ad procurandum ut dicti processus auscultantur, subscribantur, et sigillentur ab illis, à quibus etc.

Denique ad omnia peragenda quae praescripta et mandata sunt à praefata Sacra Congregatione Rituum in praefatis literis remissorialibus contenta; denique ad praestandum, et faciendum ea omnia quae in similibus requiruntur etc.

Et generaliter etc.

Dant etc. etiam cum libera etc.

Promittent etc.

Et volens etc.

Et de praedictis etc.

Actum in sala superiori dicti Venerandi Collegij Sanctae Mariae Secretae Mediolani, /p.4r/ praesentibus Presbitero Josepho Rinaldo filio q.m D. Christophori P.R. P. S.ti Nazarij in Brolio Mediolani, Carolo Bossis filio Ambrosij P.C. P. S.ti Carpophori intus Mediolani, et D. Desiderio de Limidis filio D. Antonij P.C. P. S.tae Mariae Secretae Mediolani testibus notis etc.

subscriptis D. Notarij omisso signo est videlicet.

(loco sigillo) Ego Petrus Paulus Orrignonus filius q.m Nob. D. Joannis Baptistae P. C. P. S.ti Joannis ad quatuor facies Mediolani publicus Apostolica, et Curiae Archiepiscopalis Mediolani auctoritatibus notarius, et Causidico Collegiato suprascriptum instrumentum mandati procurae, et ut supra rogatus confeci, tradidi, et pro fide me subscripsi.

Literae Legalitatis sunt videlicet

Nos Franciscus Bernardinus Corradinus J. U. D. Prothonotarius Apostolicus, et Curiae Archiepiscopalis Mediolani Vicarius Generalis etc. Universit etc. fidem facimus, et attestamus, supra scriptum Multum Reverendo D. Petrum Paulum Orrignonum esse publicum Apostolica et Curiae Archiepiscopalis Mediolani auctoritatibus /p.4v/ notarium, et Causidicum Collegiatum, ac talem, qualem se facit, eiusque scripturis et subscriptionibus tam publicis, quam privatis plenam semper, et indubiam adhibitam fuisse, in diesque adhiberi fidem in iudicio, et extra, et ubique locorum etc. In quorum etc. Ex Palatio Archiepiscopali Mediolani die 22 Augusti 1678.

Subscriptum F. B. Corradinus Vicarius Generalis.

Jo: Ambrosius Imbonatus notarius Coadiutor in Cancellaria Archiepiscopali Mediolani pro fide subscripsi.

Qui praefati Ill.mus et Rev.mus D. Episcopus Bergomensis, Rev.mus D. Vicarius Generalis Curiae Archiepiscopalis Mediolani, et alij Rev.mi D.D. Coniudices Delegati sedentes etc. intelligentes etc. petitionem supradictam admiserunt et admittunt et in quantum in forma etc. ac mandarunt, et mandant citari D. Promotorem Fiscalem Curiae Archiepiscopalis Mediolani ad interessendum die crastina, quae erit sabbati octava currentis /p.5r/ mensis hora decima quinta praesentationi, et aperitioni dictarum literarum remissorialium, ac aliarum supra expressarum acceptationi iurisdictionis, nominationi alterius subpromotoris, deputationi notarij, Cursorum, locorum, dierum, et horarum ad effectum etc. et ita etc. omni etc. Super quibus etc.

Actum in cubiculo praefati Ill.mi D. Episcopi Bergomensis sito in dicto Collegio Congregationis et Oppidi Somaschae, praesentibus Reverendo D. Bernardo Ferla Sacerdote Bergomensi filio q.m Francisci et D. Andrea a Valle filio D. Jacobi etiam Bergomensi testibus idoneis ad praemissa specialiter vocatis, atque rogatis etc.

Subscriptur

Daniel Episcopus Bergomensis Judex Delegatus

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius Generalis, et Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensi Coniudex Delegatus.

/p.5v/ Subscripto D. Notarij est videlicet

Ego Presbiter Dominicus Regrettus publicus Apostolica auctoritate et Curiae Archiepiscopalis Mediolani notarius Collegiatus rogatus ut supra fui, et pro fide me subscripsi.

Sequitur citatio D. Promotoris Fiscalis.

De mandato Ill.mi et Rev.mi D.D. Episcopi Bergomensis, Rev.mi D. Vicarij Generalis Curiae Archiepiscopalis Mediolani, ac Rev.dorum D.D. Praepositi et Archipresbiter amborum ex dignitastibus Cathedralis Ecclesiae Bergomensis omnium coniudicum, et Condelegatorum à Sacra Rituum Congregatione, pro ut in actis etc.

Citetur Perill.is, et multum Rev.o D. Joannes Thomas Butius J. U. D. Prothonotarius Apostolicus, Advocatus et Promotor Fiscalis Curiae Archiepiscopalis Mediolani ex adverso principalis ad comparendum die crastina, quae erit dies Sabbathi octava currentis mensis Octobris coram supradictis D. D. Coniudicibus Delegatis existentibus in Ven.do Collegio S.to Bartholomei Congregationis et Oppidi Somaschae Mediolanensi Dioecesis, /p.6r/ et in mansionibus in habitatis à dicto Ill.mo D. Episcopo Bergomensi hora decima quinta, et interessendum respective praesentationi, et aperitioni quarundam literarum remissorialium directarum supradictis D. D. Coniudicibus Delegatis, sicuti aliarum deputationis Promotorum in causa, de qua in actis, acceptationique iurisdictionis, nominationi alterius Sub Promotoris, nec non deputationi Notarij Actuarij, Cursorum, locorum, dierum, et horarum ad effectum etc. ideo etc. alias etc. et decretum quodcumque opportunum interponi videndum ad dictam diem, et horam etc. instante Admodum Rev.o Patre Don Francisco Paleardo Congregationis Somaschae Procuratore specialiter instituto a Rev.mo Patre Generali eiusdem Congregationis principali, sive etc. Die Veneris septimo mensis Octobris 1678.

Subscriptiones

Daniel Episcopus Bergomensis Coniudex Delegatus

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius /p.6v/ Generalis, et Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensis Coniudex Delegatus.

Dominicus Regrettus notarius etc.

1678 die Veneris octava mensis Octobris.

Retulit mihi notario infrascripto Jacobus Sighespinus Clericus Bergomensis, Cursor etc. medio eius iuramento, quod praestitit tactis etc. se hodierna die praesentasse copiam unam retroscriptae citationis in manibus Excellentis D. J. U. D. Joannis Thomae Butij, Prothonotarij Apostolici, et Advocatis, et Promotoris Fiscalis Curiae Archiepiscopalis Mediolani personaliter reperti in platea dicti Oppidi Somaschae aliaque egisse, et fecisse, prout habuit in mandatis etc. et ita etc. omni etc.

Dominicus Regrettus notarius etc.

1678 Die Sabbathi octava mensis Octobris hora decima quinta pulsata iam indicta etc.

Coram supradictis Ill.mo et Rev.mis D.D. Coniudicibus Delegatis existentibus, utsupra etc. iureque etc. ac praesente Excellentis D. Joanne /p.7r/ Thoma Butio J.U.D. Prothonotario Apostolico, et Curiae Archiepiscopalis Advocato et Promotore Fiscalis etc. citato etc.

Comparvit personaliter Admodum Rev. Pater Don Franciscus Palearduus Congregationis Somaschae nomine, quo supra in termino suprascriptae citationis legitime executae etc. quam facto exhibuit tenoris etc. in quo termino inhaerendo petitioni, et instantiae hesternae die factis supradictis D. D. Coniudicibus per acta mei infrascripti notarij, quam hic repetijs quatenus opus sit etc. et non alias etc. actualiter exhibuit, et praesentavit quasdam literas Remissoriales Sacrae Rituum Congregationis in medio folis plicatas, ac Emin.mi et Rev.mi D. D. Ulderici Cardinalis de Carpineo eiusdem Sacrae Congregationis Praefecti sigillo munitas directas supradictis D.D. Coniudicibus, et foris inscriptas cum inscriptione incipientia Rev.mo D. Episcopo Bergomensi, et finiente in pede literae Remissoriales in specie pro Civitate, et Dioecesi Mediolanensi; una cum alijs literis eodem modo plicatis, et sigillo Ill.mi et Rev.mi D.D. Promotoris fidei /p.7v/ in Curia munitis directis D.D. Promotori Fiscalis Curiae Archiepiscopalis Mediolanensis, et alteri per eosdem D.D. Coniudices eligendo etc. tenoris etc. petens, prout in instantia, de qua supra, omni etc.

Qui praefati Ill.mus D. Episcopus, et alij Rev.um D. Coniudices Delegati sedentes etc. literas remissoriales, ac alias memoratas ipsis per dictum Patrem Procuratorem exhibitas, et praesentatas ea, qua decet, reverentia proprijs manibus acceperunt, aperuerunt, et mihi notario infrascripto tradiderunt, et mandaverunt eas, prout iacent, alta, et intelligibili voce legi, et de actis fieri per me notarium infrascriptum, prout actu feci, iurisdictionemque sibi demandatam acceperunt, ac in illarum executionem nominaverunt, et deputaverunt in subpromotorem spectabilem D. Josephum Ambiverum Causidicum publicum Bergomensem, ac notarium Collegiatum, Curiaeque Episcopalis Bergomensis Promotorem Fiscalem: Mox pro notario Actuario totius processus nominaverunt et deputaverunt multum Rev. Presbiterum /p.8r/ D. Jacobum Antonium Gallinonum notarium Apostolicum, et Curiae Episcopalis Bergomensis alterum Cancellarium. Deinde pro Nuntio seu Cursore Jacobum Seghespinum Clericum Bergomensem, eisque et cuilibet eorum iuramentum tactis Sacrosanctis Scripturis de fideliter obeundo respective officio, utsupra, prout tactis etc. iurarunt etc. in manibus praefatum D.D. Coniudicum, ac denique pro loco audientiarum, et actorum iudicialium assignaverunt, et deputarunt Sacristiam Ecclesiae praefati Collegij Sancti Bartholomei sitam iuxta suos fines etc. et ad recipiendum iuramenta testium inducendorum, et examinandorum in causa, de qua etc. designaverunt Cappellam sub Invocatione Sancti Caroli sitam intra Ecclesiam publicam dicti Ven. Collegij; dies verò, et horas tam audientiarum, quam examinum testium, in Dei, et Sanctorum honorem non feriatos statuerunt pro incohatione examinum testium diem lunae decimam currentis mensis Octobris de mane hora /p.8v/ decima quarta usque ad decimam nonam, et de vesperis ab hora vigesima prima usque ad vigesimam quartam, cum sequentibus diebus, et horis usque ad plenam perfectionem totius processus. Et ultimo decreverunt, et relaxaverunt citationem contra Promotorem, vel Subpromotorem ad dicendum contra iura, et articulos, ac alia omnia huiusque producta, siquid habent, ad effectum etc. et ita etc. omni etc.

Tenores verò dictarum literarum remissorialium, et aliarum, de quibus supra sunt sequentes videlicet.

A tergo. Rev.mo D. Episcopo Bergomensi, et R. D. Vicario Generali Mediolanensi, stante assentia Emin.mi et Rev.mi D. illius Archiepiscopi, ac duabus Dignitatibus Cathedralis Bergomensis Iudicibus per Sacram Rituum Congregationem deputatis in causa Beatificationem et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschae Fundatoris, pro conficiendo processu in Civitate, et Dioecesi Mediolanensi in specie super assertis miraculis intercessione dicti /p.9r/ Servi Dei patris post confectionem aliorum processuum auctoritate Apostolica in specie sequutam usque de anno 1628.

Veneta seu Mediolanensis Beatificationis, et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani Fundatoris Congregationis Somaschae.

Literae remissoriales in specie pro Civitate, et Dioecesi Mediolanensi

Loco sigilli

Intus verò. Uldericus Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Carpineus Sacrae Rituum Congregationis Praefectus. Vobis Rev.mo D. Episcopo Bergomense ac R. D. Vicario Generali Mediolanense, et duabus dignitatibus Cathedralis Bergomensis Iudicibus, ut infra, per eandem Sacram Rituum Congregationem ad infrascripta peragenda electis, et deputatis, Salutem in Domino, et in commissis obedientiam, ac nostris huiusmodi, imo verius Sanctae Sedis Apostolicae firmiter obedire mandatis. Noverint Amplitudo, et Dominationes vestrae, quod fabricatis processibus auctoritate Apostolica super vita, virtutibus, et miraculis Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani /p.9v/ Congregationis Somaschae fundatoris, eisque dictae Sacrae Congregationi praesentatis, non autem apertis, fuit ob superventiam

novissimum Decretorum iussu felicitis recordationis Urbani Papae Octavi in Congregatione Sanctissimae Inquisitionis super non cultu editorum reassumpta causa Beatificationis, et Canonizationis dicti Servi Dei in statu, et terminis, in quibus reperiebatur, et commissa eidem Sacrae Congregationi cum cognitione virtutum, morumque, et miraculorum, ac publicae fanae sanctitatis dicti Servi Dei populorumque erga eum devotionis cum suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis quibuscunque, et cum facultate inter caeteras, quatenus opus esset, novas literas remissoriales, et compulsoriales tam super inquisitione generali quam speciali decernendi, et relaxandi, ut ex speciali commissione manu Sanctae memoriae Alexandri P.P. Septimi signata dictae Sacrae Congregationi praesentata, et in actis eiusdem Sacrae Congregationis exhibita sub die Novembris /p.10r/ 1663 sequentis tenoris videlicet.

Venetas seu Mediolanensis.

Beatissime Pater. Alias felicitis recordationis Gregorius XV Sanctitatis Vestrae praedecessor praevia relatione processuum auctoritate ordinaria peractorum super fama sanctitatis, virtutum, et miraculorum Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschae fundatoris, qui natus Venetijs anno 1481 ex nobilibus, pijs, et Catholicis Parentibus obiit Somaschae omnibus Ecclesiae Sacramentis refectus anno 1537 instantibus Republica Venetiarum, ac universa religione Somaschae per commissionem dicti Pontificis manu signatam anno 1623, cuius tenorem Sanctitati Vestrae placeat hic habere pro inserto, causam huiusmodi Sacrorum Rituum Congregationi commisit cum facultate decernendi quascunque literas remissoriales, et compulsoriales tam in genere quam in specie, et tam in Curia, quam extra, atque illius vigore decretae, et expeditae fuerunt literae remissoriales, et compulsoriales, earumque vigore diversi processu confecti auctoritate Apostolica tam in genere, quam in specie, et ad Curiam transmissi, quorum praesentatione, recognitione, apercitione, ac discussione expletis, ad relationem trium antiquorum Rotae Auditorum, nempe **Couini**, Pirovani, /p.10v/ et Merlini, qui suam relationem in scriptis fecerunt, in qua non solum firmarunt validitatem dictorum processuum verum quoque legitimum examen testium, qua relatione iussu felicitis recordationis Urbani Octavi Sanctitatis Vestrae praedecessoris iterato examini Congregationis Sacrorum Rituum commissa, ab eadem Congregatione referente Cardinali Cesarino dictum fuit, constare quidem de validitate dictorum processuum ac testium examinatorum, verum ob defectum legitimae auscultationis, et collationis, dictos processus ad partes remittendos esse pro quorum remissione, ac nova auscultatione expeditae fuerunt à dicta Sacra Congregatione Rituum literae remissoriales die X Aprilis 1633, qui denuo ad Curiam transmissi, et Congregationi Sacrorum Rituum praesentati, priusquam ad eorundem apercitionem devenitum fuerit, destitutum fuit ab ulteriori processu ob promulgationem novissimorum Decretorum eiusdem Urbani Octavi. Cumque fama sanctitatis una cum miraculis quae Omnipotentens Deus meritis, et intercessione dicti Servi Dei concedere dignatur /p. 11r/ adeo sit acceta, ac in dies augeatur, ut concepta in diversis mundi partibus maxime verò in tota Italia erga illum devotione à plerisque in eorum necessitatibus invocetur et plurimorum etiam gravium virorum existimatione Beatificationis, et Canonizationis honore dignus, audente infallibili Sanctitatis vestrae iudicio reputetur, inde moti, piaque intentione, ac particulari erga dictum Servum Dei Hieronymum Aemiliani devotione ducti Respublica, et Patriarca Venetiarum, et Aquileiae, et alter electus Aquileiae Archiepiscopus Mediolanensis nec non Episcopi Bergomense, Tarvisinus, ac Muranus per supplices eorum literas, ac praeces Santitate Vestram enixe supplicarunt, ut ad eiusdem Servi Dei Hieronymum Aemiliani Beatificationem, et Canonizationem procedere dignaretur, ideo ex parte devoti Sanctitatis Vestrae Oratoris Patris Bonifatij Albani eiusdem religionis Somaschae Procuratoris Generalis, etim hac causa à Generali, et illius Capitulo Generali Procuratoris specialiter constituti humiliter eidem Sanctitati Vestrae supplicatur, quatenus dignetur /p.11v/ causam, et causas Beatificationis, et Canonizationis nec non cognitionem virtutum, morumque, et miraculorum, ac publicae famae Sanctitatis dicti Servi Dei, populorumque erga eum devotionis cum suis, et illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis, et connexis quibuscunque in statu, et terminis in quibus reperitur, citra tamen aliquam approbationem hactenus gestorum; et quavis auctoritate, seu facultate peractorum eidem Congregationi Sacrorum Rituum committere, et mandare cum facultate in primis, et ante omnia aliquem ex Rev.mis Cardinalibus eiusdem Sacrae Congregationis in causae relatores deputandi et confectionem processuum particularis superpartitione Decretorum ab eodem Urbano Octavo in Congregatione Sanctissimae Inquisitionis editorum super non cultu si in Curia aderunt probationes, committendi Rev.mo Cardinali Sanctitatis vestrae in Urbe Vicario, si verò extra Curiam, alicui Episcopo, qui ad eiusdem processus confectionem deveniat iuxta formam eorundem decretorum gratia illum postea eidem Congregationi /p.12r/ praesentandi, ac citato, et audito R. P. D. Promotore fidei discutiendi, ex eoque declarandi suprascriptis decretis sufficienter paritum fuisse, factaque, et Sanctitati Vestrae relata, ab eaque approbata huiusmodi declaratione, ad ulteriorem progressum in discussione relevantiae dictorum processuum tam in genere, quam in specie deveniendi, in omnibus tamen, et per omnia iuxta formam dictorum novissimorum decretorum, et non alias etc. ut deinceps omnibus mature examinatis, eadem Sacra Congregatio Sanctitati Vestrae referat, an talia sint, propter quae ad Beatificationem et Canonizationem dicti Servi Dei Hieronymi Aemiliani iuxta Sacrorum Canonum decreta, et Sanctae Romanae Ecclesiae ritum deveniri possit, cum facultate etiam, quatenus opus fuerit, novas literas remissoriales, et compulsoriales tam super eadem inquisitione Generali, quam speciali, citato dicto fidei Promotore ad quascunque mundi partes decernendi, et relaxandi, atque etiam in Curia iura, et monumenta recipiendi /p.12v/ et si opus fuerit; testes per dictum Rev.mum Cardinalem Sanctitatis Vestrae Vicarium, seu Episcopos, et in loco ab eo deputando ad praescriptum novissimorum decretorum praevia citatione, et cum interventur dicti Promotoris, vel eius Subpromotoris super eisdem articulis, seu alijs de novo dandis, seu addendis, et iuxta interrogatoria per eundem fidei Promotorem danda, examinari faciendi, et ad novorum huiusmodi processuum examen deveniendi, nec non citandi, et inhibendi sub censuris, et poenis, alijsque facultatibus necessarijs, et opportunis, caeteraque omnia, et singula in praemissis, et circa ea

necessaria, et opportuna faciendi, dicendi, gerendi, et exequendi, servata tamen in omnibus, et singulis forma dictorum decretorum, et non alijs, non obstantibus Constitutionibus etiam in Universalibus, et Synodalibus Concilijs editis, et alijs ordinationibus Apostolicis, regulis Cancellariae, caeterisque contrarijs quibuscunque statum etc. tenore etc. pro plene, et sufficienter expressis **habend...**

Placet F.

Praesentatisque etiam eidem /p.13r/ Sacrae Congregationi, et in eius actis exhibitis processu in executionem dictae Commissionis fabricato coram Em.o et Rev.mo D. Archiepiscopo Mediolanense alijsque probationibus postea factis in Urbe coram Emin.o et Rev.mo D. Cardinali Vicario super cultu dicto Servo Dei non exhibito, factaque de eis in dicta Sacra Congregatione relatione per Clarae memoriae Cardinalem Antonium Barberinum dictae causae tunc relatores, eadem Congregatio censuit constare de sufficienti partitione dictis decretis Urbani Octavi, ut ex rescripto emanato die 15 Januarij 1667 cum subsequenti **nutu** Sanctissimi in eisdem actis exhibitio die 8 Aprilis eiusdem anni, tenoris infrascripti videlicet.

Veneta. Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschae fundatoris. Facta nova relatione per Em.um Antonium Barberinum de contentis in processu super non cultu dicto Venerabili Servo Dei exhibito fabricato coram Emin.mo Archiepiscopo Mediolani, et relato die 10 Aprilis praeteriti, et sententia inde lata, nec non facta relatione de alijs probationibus postea /p.13v/ factis coram Emin.mo Vicario in Urbe, Sacra Rituum Congregatio censuit, constare de sufficienti partitione decretis sanctae memoriae Urbani Octavi, et procedi posse ad ulteriora in causa, si Sanctissimo visum fuerit. Hac die 15 Januarij 1663. Et facta de praedictis relatione Sanctissimo, Sanctitas Sua annuit die quinta Februarij 1663.

M. Episcopus Portuensis Cardinalis Ginettus. loco + sigilli. Bernardinus Casalius Sacrorum Rituum Congregationis Secretarius.

Apertisque successive de mandato Sanctissimi dictis processibus ut supra peractis auctoritate Apostolica super vita, virtutibus, et miraculis dicti Servi Dei, examinata in dicta Sacra Congregatione eorum validitate cum favorabili resolutione ut ex rescripto facto sub die 21 Junij 1670 per Sanctissimum approbato eadem die sub huiusmodi forma videlicet.

Veneta seu Mediolanensis Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschae Fundatoris. Proposito per Emin.mo D. Cardinalem Brancatium loco Emin.mi D. Cardinalis /p.14r/ Antonij Barberini absentis in Sacra Rituum Congregatione ordinaria ex gratia speciali Sanctissimi dubio in causa dicti Servi Dei Hieronymi Aemiliani, an constet de validitate processuum, testes sint in eis rite, et recte examinati, et iura legitime compulsata in casu etc. eadem Sacra Congregatio censuit, praevia sanatione constare, et posse procedi ad ulteriora, si Sanctissimo placuerit. Hac die 21 Junij 1670. Et facta de praedictis per me Secretarium Sanctissimo relatione, Sanctitas Sua annuit, et sanavit eadem die 21 Junij 1670.

M. Episcopus Portuensis Cardinalis Ginettus. loco + sigilli. Bernardinus Casalius Sacrorum Rituum Congregationis Secretarius.

Fuit denique subrogatus Emin.mus et Rev.mus D. Cardinalis Vidonus in locum dicti Emin.mi D. Cardinalis Antonij Barberini ponentis, seu relatoris dictae causae, ut ex rescripto emanato die 12 mensis Septembris 1671, cui Sanctissimus annuit die 16 eiusdem mensis pariter in actis eiusdem Sacrae Congregationis producto huius tenoris videlicet.

Veneta seu Mediolanensis /p.14v/ Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschae Fundatoris. Sacra Rituum Congregatio censuit deputare posse in ponentem, seu relatores in causa dicti Servi Dei Hieronymi Aemiliani Emin.mum D. Cardinalis Vidonum in loco bonae memoriae Cardinalis Antonij Barberini cum omnibus, et singulis facultatibus desuper necessarijs, et opportunis, si Sanctissimo visum fuerit. Hac die 12 Septembris 1671; et facta de praedictis Sanctissimo relatione per me Secretarium, Sanctitas Sua annuit die 16 Septembris 1671.

F. M. Episcopus Portuensis Cardinalis Braccaccius. Loco + sigilli. Bernardinus Casalius Sacrorum Rituum Congregationis Secretarius.

Et denique praefata Sacra Congregatio censuit, concedi posse literas remissoriales ad effectum conficiendi processum, seu processum super assertis miraculis in specie patris intercessione dicti Servi Dei post confectionem dictorum processuum sequutam usque de anno 1628, dirigendas pro Civitate /p.15r/ et Dioecesi Mediolanensi. Amplitudini, et Dominationibus Vestris, cum clausula tamen, quod amplitudo tua Rev.me D. Episcopo Bergomensis una cum Dominatione tua R. D. Vicari Generalis Mediolanensis, stante absentia Emin.mi illius Archiepiscopi, seu praedictis duabus dignitatibus Cathedralis Bergomensis ad executionem huiusmodi literarum procedat, et cum omnibus et singulis facultatibus desuper necessarijs, et opportunis, ac termino unius anni, ut ex rescripto, seu decreto facto die 22 Januarij proxime praeteriti, annuente Sanctissimo sub die 9 currentis mensis Februarij similiter in actis dictae Sacrae Congregationis producto sequentis tenoris videlicet.

Mediolanensis. Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschae Fundatoris Sacra Rituum Congregatio, ponente Emin.o Vidono, audito Rev.mo D. fidei Promotore, censuit concedi posse literas remissoriales dirigendas, ut infra, ad effectum conficiendi processum seu processum, solum super assertis miraculis /p.15v/ in specie patris intercessione praedicti Servi Dei Hieronymi Aemiliani Fundatoris Congregationis Somaschae post confectionem aliorum processuum auctoritate Apostolica in specie secutam usque da anno 1628 Pro Civitate et Dioecesi Mediolanensi. Rev.mo D. Episcopo Bergomensis, Vicario Generali Mediolanensi, stante absentia Emin.mi illius Archiepiscopi, ac duabus Dignitatibus Cathedralis Bergomensis una cum praedicto

Vicario Generali Mediolanensi, seu praedictis duabus Dignitatibus ad executionem praedictarum literarum remissorialium procedere valeat cum omnibus, et singulis facultatibus desuper necessarij, et opportunis, ac termino unius anni, si Sanctissimo placuerit; hac die 22 Junarij 1678. Et facta de praedictis Sanctissimo relatione Sanctitas Sua annuit die 9 Februarij 1678.

V. Cardinalis Carpineus. Loco + sigilli. Bernardinus Casalius Sacrorum Rituum Congregationis Secretarius.

Citato igitur per unum ex Sanctissimi D. N. Papae Cursoribus Rev.mo D. Prospero Bottinio /p.16r/ Archiepiscopo Myrensi Sanctae fidei Promotore ab eodem Sanctissimo D. N. Papa specialiter deputato coram dicto Emin.mo D. Cardinali Vidono relatore causae praefate ad dicendum, et excipiendum contra dictam commissionem, et respective dicta Decreta, seu rescripta, et deinde contra positiones, et articulos in actis infrascripti eiusdem Sacrae Congregationis Notarij, Cancellarij, et Archivistae facto datos, quorum copia sibi transmissa fuit ad effectum conficiendi dictum processum in dicta Civitate, et Dioecesi Mediolanensi in specie super dictis miraculis intercessione dicti Servi Dei patris post confectionem dictorum processuum auctoritate Apostolica pariter in specie sequutam usque et de dicto anno 1628, ac videndi illas et illos ad probandum admitti, testesque desuper inducendos mandari examinari, literasque remissoriales in dicta Civitate, et Dioecesi Mediolanensi exequendas Amplitudini, et Dominationibus Vestris Judicibus ut supra electis, et deputatis dirigendas decerni, et relaxari, cum dicta tamen /p.16v/ clausula, quod Amplitudo tua cum dicto D. Vicario Generali, vel cum dictis duabus Dignitatibus simul, et coniunctim ad executionem praedictarum literarum procedat cum omnibus, et singulis facultatibus desuper necessarijs, et opportunis, ac dicto termino unius anni iuxta formam supra inserti decreti, seu rescripti Sanctae Congregationis, concordandumque de Amplitudine, et Dominationibus vestris, dictaque Civitate, et Dioecesi, locis, et locis locorum, ac portitore, nec non constituendum aliquem seu aliquos Subpromotores per acta eiusdem infrascripti notarij, Cancellarij, et Archivistae, qui in partibus commode citari possint, ac examinibus testium, et processui praedictis intersint, dandum interrogatoria in eisdem literis includenda, alias videndum dictum processum fieri per affixionem ad valvas Maioris, vel aliarum Ecclesiarum dictae Civitatis, et Dioecesis Mediolanensis, testesque examinari, ac dictas literas expediri, claudi et sigillari mandari absque dictis interrogatorijs, et quod cunque decretum de super /p.17r/ necessarium et opportunum fieri ad infrascriptam diem, eaque adveniente comparuit coram dicto Emin.mo et Rev.mo D. Cardinali Vidono ponente, seu relatore Admodum R.P.D. Petrus Antonius Bonfilius Procurator Generalis dictae Congregationis Somaschae, ac procurator dictae causae specialiter constitutus, ut in actis, et facto exhibuit, et produxit positiones, et articulos in calce praesentium registrandos, et instetit illas, et illos ad probandum admitti testesque inducendos mandari examinari, decernique, et relaxari literas remissoriales Amplitudini, et Dominationibus vestris Judicibus, ut supra cum dicta clausula deputatis dirigendas, et intra dictum terminum unius anni exequendas, et alias prout in suprascripta citatione et inferius latius dicitur, dictusque Emin.mo D. Cardinalis Vidonus relator praefatus dictae commissionis, et decreti, seu rescripti formam insequendo easdem positiones, et articulos sine praeiudicio impertinentium, et non admittendorum ad probandum admisit, testesque inducendos /p.17v/ examinari mandavit, Amplitudinemque, et Dominationes vestras modo et forma praemissis pro illorum examine, et processu desuper conficiendo deputavit, petitasque literas remissoriales decrevit, et relaxavit illasque modo, et forma praemissis, et infra dicendis expediri mandavit, prout nos quoque Uldericus Carpineus dictae Sacrae Congregationis Praefectus pro praemissis, et infra dicendis a dicto Patre Procuratore huiusmodi causae debite requisiti, considerantes iustum, et Christiana religione dignum esse Dei gloriam quae in servis suis resplendet, manifestam fieri, et volentes ea, quae à Sancta Sede Apostolica committuntur, quaeque in dicta Sacra Congregatione statuta sunt executioni, ut par est, demandare, literas remissoriales praedictas Amplitudini, et Dominationibus Vestris, ut supra deputatis, et electis dirigendas concedi, et sub hac forma expediri censuimus, Amplitudinemque, et Dominationes vestras eisdem modo, et forma pro earundem literarum executione in Iudices cum eadem praefata clausula /p.18r/ constituimus, et deputavimus, prout etiam concedimus, expediri mandamus, constituimus, et deputamus per praesentes. Luo circa Amplitudinem, et Dominationes vestras de quorum fide, integritate, religionis zelo, ac perpetua, et debita erga Sanctam Sedem Apostolicam obedientia plurimum in Domino eadem Sacra Congregatio confidit, et nos quoque confidimus, requirimus, et monemus eisdem amplitudinem, et dominationes vestras Apostolica, qua dicta Sacra Congregatio, et nos fungimur in hac parte, ac eiusdem Sacrae Congregationis ordinaria auctoritatibus committimus, et mandamus, ut Amplitudo tua, Rev.me D. Episcopo Bergomensis, ac Dominatio tua, Rev.me D. Vicario Generalis Mediolanensis, stante absentia dicti Emin.mi illius Archiepiscopi, seu vos Dignitas praedictae Cathedralis Bergomensis simul, et coniunctim vice eiusdem Sacrae Congregationis, et nostra in singulis actibus procedentes, et pro Tribunali sedentes intra dictum terminum unius anni in supra inserto rescripto praefixum, omnes, et singulos /p.18v/ testes, quos coram Vobis praesentium executoribus Judicibus, ut supra electis, et deputatis à personis legitima mandata procurae habentibus induci contigerit in dicta Civitate, et Dioecesi Mediolanensi admittatis, recipiatis, et examinetis in primis iuxta interrogatoria per Rev.mum D. fidei Promotorem hic in Curia data, vel danda, et praesentibus convoluta, et deinde super positionibus et articulis in earundem praesentium calce registrandis, recepto tamen antea in manibus vestris ab ipsis testibus cuiuscunque status, gradus, et conditionis etiam Sacerdotibus (exceptis Episcopis) iuramento tactis Sacrosanctis Dei Evangelijs de veritate dicenda super ijs, super quibus examinabuntur, illorumque depositiones, et dicta, iuramenta, et acta quaecunque processus huiusmodi per fide dignum notarium publicum Apostolicum, sive Ecclesiasticum à vobis deputandum cum iuramento in eisdem pariter manibus tactis Sacrosanctis Dei Evangelijs de fideliter officium suum exercendo praestito in scriptis redigi faciatis hoc expresse servato, quod /p.19r/ testes qui in Ecclesijs, Oratorijs, pijsque locis, et in loco loci in eis à Vobis deputando, si commode potuerit, sin minus in alijs locis pariter per vos praesentium executores eligendo omnino interrogentur eorumque dicta excipiantur, et ijdem testes

quaecunque habent explanate, et per extensum deponant, nec se referant ad attestaciones alias factas, neque illis recitentur ea, quae alias ipsi deposuerunt, caetera verò processus acta in loco, seu locis pro solita audientia deputandis conficiantur, et in quocunque examine, et actu locus examinis et actus exprimatur, et completo processu, testium depositiones, attestaciones, et dicta, nec non citationes, acta, et actitata quaecunque fideliter transcribantur, ac successive cum originalibus collationentur, et auscultentur, collationatioque, et auscultatio huiusmodi adhibito alio notario, qui etiam iuramentum praestet, utsupra coram eisdem praesentium executoribus Judicibus, ut supra deputatis diligenter fiat, omniaque deinceps clausa, et sigillis vestris /p.19v/ munita in authenticam formam per fidelem nuncium, seu Portitorem ad id deputandum cum simili iuramento ad nos transmittantur, et per vos Iudices praesentium executores nobis significetur non solum generaliter, quae fides testibus desuper examinatis sit adhibenda sed etiam particulariter super ijs, quae per eosdem testes deposita fuerunt, et an in deponendo vos alioquid videritis, seu consideraveritis, per quod reddatur suspecta eorum depositio. Ut autem omnia, et singula praemissa libere exequi possitis eadem auctoritate, qua supra, vobis facultatem concedimus, ut nuncium, seu nuncios pro citationibus faciendis, et alijs mandatis vestris exequendis cum iuramento pariter ab eis recepto de fideliter exercendo officium suum deputare, eosdemque, ut citationes, decreta, et mandata vestra debitae executionis demandare, ac testes praedictos ut sese examini subijciant sub censuris, et poenis canonicis, iurisque, et facti remedijs opportunis omni, et /p.20r/ quacunquē appellatione postposita cogere, et compellere valeatis, citato tamen in omnibus, et singulis actibus desuper faciendis aliquo ex Subpromotoribus fidei per dictum Rev.mum D. fidei Promotorem in Curia nominatis, prout in eius literis una cum praesentibus transmittendis, et non alias, aliter, nec alio modo. Pro quibus omnibus exequendis ut supra, vestram diligentiam, et curam et qualem de vobis speramus, fidem adhibere, atque in praemissis ita vos gerere studeatis, ut et gratiam ab hac Sacra Congregatione inire, et retributionem laboris vestri ab Altissimo pro Servis Suis consequi possitis. Decernentes tunc inintum, et inane quidquid contra formam praesentis remissoriae scienter, vel ignoranter fuerit executum, et Sanctissimi D. Nostro Papae, vel eidem Sacrae Congregationi reservantes absolutionem omnium, et singulorum, qui praedictas poenas, et censuras incurrerint.

In quorum omnium et singulorum praemissorum testimonium praesentes manu nostra, et infrascriptorum /p.20v/ R. P. D. Prothonotarij Apostolici de numero participantium pro tempore deputati, ac R. P. D. eiusdem Sacrae Congregationis Rituum Secretarij, nostroque etiam sigillo munitas fieri, et expediri et relaxari mandavimus per acta infrascripti eiusdem Sacrae Congregationis notarij Cancellarij, et Archivistae.

Datum Romae ex Aedibus nostris anno à Nativitate Sanctissimi D. N. Jusu Christi 1678, Indictione prima, die verò 28 Februarij, Pontificatus autem Sanctissimi in eodem Christo Patris, ac D.N.D. Innocentij divina providentia Papae undecimi anno secundo.

Tenor verò positionum, seu articulorum praedictorum est qui sequitur videlicet

Mediolanensi. Positiones, et articulos infrascriptos facit, et exhibet atque producit procurator, et eo nomine specialiter constitutus ad effectum conficiendi processum, seu processus super novis miraculis in specie patris intercessione Venerabili Servi Dei Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschae fundatoris post confectionem aliorum processuum auctoritate Apostolica in /p.21r/ specie sequutam usque de anno 1628 et ad omnem alium bonum finem, et effectum, petens illos ad probandum admitti, literasque desuper necessarias, et opportunas pro examinandis testibus in Civitate, et Dioecesi Mediolanensi, et ubi opus fuerit concedi, non se astringens ad onus superfluae probationis, de quo expresse protestatur non solum praemisso, sed omni alio meliori modo etc. salvo etc.

In primis enim repetit, et reproducit, ac pro repetitis, et reproductis haberi vult, et intendit omnes, et singulos processus, instrumenta, iura, ac omnia, et singula in causa quomodolibet acta, et actitata, in quantum tamen, et non aliter, de quo etc. ex quibus credit abunde constare de miraculis intercessione praedicti Servi Dei ab Omnipotente Deo patris, his tamen semper salvis, iura iuribus addendo, ponit, et quatenus opus sit, et non alias etc. probare vult, et intendit.

Quod veritas fuit, et est, quod Omnipotentens Deus meritis, et intercessione praedicti Servi /p.21v/ Dei post absolutos praedictos processus operatus fuit, et continuo operatur multa miracula, **coecis** visum, claudis gressum reddendo, paraliticos liberando, alijs in articulo mortis constitutis proclamata à medicis illorum salute, incontinenti pristinam sanitatem restituendo, incurabilibus infirmitatibus oppressos sanando, à periculis inevitabilibus alios eripiendo, et similia operando, prout magis specialiter deponent testes examinandi bene informati de praedictis, seu alijs cum omnibus suis circumstantijs, quodque haec omnia fuerunt, et sunt publica, et notoria, et de praedictis fuit, et est publica vox, et fama palam etc.

2° Item pariter veritas fuit, et est, quod anno 1677 die sabbathi pervigilio dicti Servi Dei, seu alio veriori tempore à testibus specificando de mane circa horam 17 in districtu Oppidi Somaschae Vallis Sancti Martini territorij Bergomesis dum plurimi ex Agricultoribus Somaschensibus, et alij numerum quatuordecim constituentes circiter lignis onusti subtus quemdam montem, qui videtur proclivis /p.22r/ et pendens, transirent, ob aquam, quae coelo venerat, et liquefactionem nivium mollificata terra intra ingentem illorum saxonem congeriem existente, quae inservit illis pro substentaculo, cum ille mons squammis, scopulis, et fragmentis saxis sit constitutus, repente ex illo cedit tanta saxorum copiam omnis generis, ut videretur nubes saxis conflata, veluti deponent testes de visu, ac certa scientia cum omnibus suis circumstantijs, et de hoc fuit et est publica vox, et fama publicum, et notorium palam etc.

3° Quod, cum omnes praedicti in hoc inevitabili vitae discrimine, quia fugae non erat locus, et de salute via humana consequenda desperati prorsus existerent, perterriti, partim genuflexi, partim alio modo opem, et intercessionem dicti Servi Dei alta voce invocaverunt, ut apud Deum pro sua indemnitate intercederet, quod sciunt testes, et de hoc fuit, et est publica vox, et fama, publicum, et notorium palam etc.

4° Quod, licet magna pars praedicti Montis /p.22v/ corruerit, quae locis inferioribus late occupatis, omnia obruebat, quare plures ex dictis Agricultoribus saxis coperti sunt, alij graviter percussi, alij de loco, in quo erant, per multos passus depulsi, inter quos quer proiectus in terram inventus fuit elatis in altum pedibus, capite verò, medioque corpore sub saxis latente, et alij lignorum fascibus, quos portabant, se tegere conati, saxorum gravi percussione ligna sibi auferri ab humeris, et manibus, atque in montis proclivitatem devolvi viderunt: nihilominus omnes sani, atque illaesi absque ullo vestigio percussione remanserunt, attoniti, quod nullam offensionem à tot lapidibus, quorum aliqui hominis magnitudinem superarent accepissent, nec eorum grave pondus sensissent, illisque vi occulta à se remotis integri à tanta ruina protinus emersissent, quod naturaliter contingere non poterat, attenta multitudine, et magnitudine saxorum in eos de loco altiore magno impetu /p.23r/ prolapsorum, quod sciunt testes, et de hoc fuit, et est publica vox, et fama, publicum, et notorium, palam etc.

5° Quod tantum beneficium intercessione Servi Dei Hieronymi Aemiliani, quem invocaverant, acceptum inferentes, illico omnes ad Ecclesiam se contulerunt, in qua corpus dicti Servi Dei sub terra supultum servatur, ubi debitas illi gratias agentes, acceptum beneficium enarrarunt, et post aliquos dies tabulam detulerunt, in qua expressum coloribus miraculum erat, ut grati animi sui et tam singularis beneficij memoriam extaret, ut sciunt testes, et de hoc fuit, et est publica vox, et fama, publicum, et notorium, palam etc.

6° Similiter quidam Baptista Benalia gravissimis infirmitatibus detentus in eum extremum statum pervenerat, ut destitutus curibus absque cibo, et potu, et loquela diu permanserit, quare à Medico proclamatus erat, et ab omnibus pro mortuo habitus, iamque parabantur necessaria ed eius funus /p.23v/ Hic, dum à consanguineis, et alijs circumstantibus plorabatur quasi extinctus, vidit Servi Dei Hieronymum, qui cum comitatu aliquot Orphanorum se videndum praebuit, dixitque, se illi impetrasse à Deo, ne tunc moreretur, sed vitam adhuc produceret (commenda verat enim se magna cum fiducia antequam loquelam amitteret, Servo Dei, et devote biberat aquam manantem ex fonte à Hieronymo, dum adhuc viveret, excitato) quo dicto, data illi benedictione evanuit; subitoque eogrotus veluti a somno excitatus loqui coepit, et restitutas sibi vires, depulsumque morbum sentiens, dicit se velle ire visitatum Capellam, ubi Hieronymi corpus sepultum iacet, qui sibi apparverat, et vitam, ac sanitatem a Deo impetraverat. Itaque die sequente sanus, et integer viribus ad Ecclesiam suis pedibus profectus est, sepulchrum visitavit, gratias egit, et postea in agrum pergens sanus, et robustus laborare coepit, in qua /p.24r/ sanitate absque ulla recidiva perseveravit quod sciunt testes, et de hoc fuit, et est publica vox, et fama, publicum, et notorium, palam etc.

7° Et ultimo, quod de praedictis omnibus, et singulis, alijsque à testibus in specie denunciandis, semper fuit, et nunc etiam est publica vox, et fama, et communis reputatio, quae fuit, et est constat, et inconcussa ita ut nihil umquam dictum, vel auditum fuerit in contrarium, palam etc.

Hos autem etc. non se adstringens etc. salvo iure etc. non solum etc. sed omni etc.

(loco sigilli) Subscriptur

V. Cardinalis Carpineus.

Jo: Franciscus Nigronus Prothonotarius

Bernardinus Casalius Sacrae rituum Congregationis Secretarius.

Jacobus Sustus Sac. Ritur Congregationis notarius Cancellarius, et Archivista.

Veneta, seu Mediolanensi. Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Hieronymi Aemiliani. Literae remissoriales in specie.

/p.24v/ Tenor literarum Deputationis D.D. Subpromotorum fidei est videlicet:

A tergo. Illustribus, et Admodum R. R. D.D. Promotori Fiscali Curiae Archiepiscopalis Mediolani, et alteri per Rev.mum D. Episcopum Bergomensem, et D. Vicarium Generalem Mediolanensem, seu duas Dignitates Cathedralis Bergomensis Judices ad conficiendum processum in Civitate et Dioecesi Mediolanensis in specie super miraculis intercessione Servi Dei Hieronymi Aemiliani fundatoris Congregationis Somaschae patris post confectionem processuum auctoritate Apostolica in specie usque de anno 1628 peractorum per Sacram Rituum Congregationem deputatos pariter Subpromotori fidei deputando etc.

Veneta, seu Mediolanensi. Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Hieronymi Aemiliani fundatoris Congregationis Somaschae. Literae deputationis Dominorum Subpromotorum fidei. Loco + sigilli.

Intus verò. Illustres, et Admodum R.di D.ni

Alias felicis recordationis Clemens Papa X per spetiales literas in forma Brevis /p.25r/ Nobis directas sub datum Romae die 5a Januarij 1674 in actis notarij Cancellarijs et Archivistae Sacrorum Rituum Congregationis productas pro regimine causarum Servorum Dei deputavit nos in fidei Promotorem cum decreto, quod in omnibus processibus super dictis causis imposterim faciendis, et in singulis eorum actis tamquam pars formalis, et ad instar Commissarij Camerae Apostolicae, et fisci procuratoris citari deberemus, et quod in eorum confectione tam in Romana Curia, quam extra eam in qualibet alia orbis terrarum parte coram quibuscunque D.D. Judicibus, et Delegatis per nos, seu alium Subpromotorem cum facultatibus, quae nobis opportuna videbuntur à nobis deputandum intervenire valeamus. Cum autem in causa Beatificationis, et Canonizationis Servi Dei Hieronymi Aemiliani fundatoris Congregationis Somaschae modo sint per Emin.mum et Rev.mum D. Cardinalem Vidonum dictae causae Promotorem, seu relatores, /p.25v/ ac etiam per Emin.mum et Rev.mum D. Cardinalem Carpineum dictae Sacrae Congregationis Praefectum relaxatae, et expeditae literae remissoriales ad effectum conficiendi processuum super assertis miraculis in specie patris intercessione praedicti Servi Dei post confectionem aliorum processuum auctoritate Apostolica in specie sequutam

usque de anno 1628 directae Rev.mo D. Episcopo Bergomense, ac R. D. Vicario Generali Mediolanense, stante absentia Emin.mi, et Rev.mi D. illius Archiepiscopi, et duabus Dignitatibus Cathedralis Bergomensis cum clausula tamen, quod dictus Rev.mus D. Episcopus cum dicto D. Vicario Generali Mediolanense, seu praedictis duabus Dignitatibus ad executionem dictarum literarum procedere valeant, Judicibus in eisdem literis ad effectum eas exequendi in Civitate, et Dioecesi Mediolanense per eandem Sacram Rituum Congregationem delegatis iuxta formam decreti in actis eiusdem Sacrae Congregationis ultimo loco exhibiti, et producti, et in eo ob /p.26r/ magnam distantiam, et nostras graves occupationes intervenire non valeamus. Nos de vestri pietate, doctrina, et religionis zelo plurimum in Domino confisi, Vos Dominos Promotorem Fiscalem Curiae Archiepiscopalis Mediolani, nec non alterum per dictos Rev.mum D. Episcopum Bergomensem, et D. Vicarium Mediolanense seu Dignitates Cathedralis Bergomensis Judices Delegatos iuxta formam dictarum literarum nominandum, et deputandum, et quemlibet vestrum in solidum ita ut non sit melior conditio praeoccupantis, nec deterior subsequentis, sed quod unus vestrum incoeperit, alter prosequi, absolvere, et terminare possit, et valeat tenore praesentium in cum facultatis nobis attributae, ut supra, nominamus, et deputamus in Subpromotores fidei ad huiusmodi causam tantum cum facultate in omnibus actis, et toto processu interveniendi ac omnia, et singula, quae vobis opportuna videbuntur, opponendi, /p.26v/ et protestandi, et signanter quo ad omnes, et singulos actus dicti processus legitime citari debeatis, nec non interrogatoriam quae vobis in plico dictarum literarum Remissionarium clausa, et sigillata transmittimus, coram dictis Rev.mo D. Episcopo, et Vicario Generali, seu dictis Dignitatibus Judicibus, ut supra, deputatis in actis causae huiusmodi tempore debito praesentandi ad hoc, ut iuxta illa testes quicumque inducendi et examinandi, antequam deveniatur ad articulos diligenter debeant interrogari per D.D. Judices, ut supra, Delegatos. Circumspectiones vestras admonentes, quod dicta interrogatoria clausa, et sigillata in actis notarij causae exhibeantur, et relinquuntur, ne testes ad illorum responsiones instrui possint, sed illico, quando aliquis testis in una, vel pluribus vicibus examinandus erit, aperiantur, et in fine examinis denuo obsignentur toties quoties casus examinis alicuius testis evenerit usque in finem examinis /p.27r/ easdem circumspectiones vestras propter rogantes, ut ad Dei gloriam, et Sanctae Matris Ecclesiae exaltationem munus hoc vobis demandatum libenter suscipiatis, ac diligentia, et doctrina, quibus polletis, sollicitate, et fideliter exequamini, ut non solum ab Altissimo retributionem, sed etiam ab eadem Sacra Rituum Congregatione gratiam et benevolentiam consequi valeatis, et nos beneficij memores vobis addictos semper pollicemur.

Datum Romae die decima mensis Martij 1678.

Circumspectionum Vestrarum Illustrium et Admodum R. R. ad servitia paratissimus Prosper Archiepiscopus Myrensis Fidei Promotor.

Super quibus etc.

Actum, ubi supra, praesentibus Rev.do D. Don Bernardo Ferla Sacerdote Bergomense filio q.m Francisci, et D. Andrea à Valle filio D. Jacobi etiam Bergomense testibus idoneis, ad praemissa specialiter vocatis, atque rogatis etc.

Subscriptur - Daniel Episcopus Bergomensis /p.27v/ Judex Delegatus.

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius Generalis, et Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Thomas Butius Promotor fiscalis Curiae Archiepiscopalis Mediolani, ac fidei Subpromotor.

Ego Presbiter Dominicus Regrettus publicus apostolica auctoritate, et Curiae Archiepiscopalis Mediolani Notarius Collegiatus de praemissis actis rogatus extiti, et pro fide me subscripsi, signoque mei tabellionatus solito obsignavi.

Interrogatoria per Ill.um et Rev.um D. Prosperum Bottinium Archiepiscopum mirensensem fidei Promotorem data, iuxta quae, ante quam deveniatur ad examen Testium in causa Servi Dei Hieronymi Aemiliani fundatoris Congregationis Somaschae super miraculis eius intercessione ut praetenditur patris post confectionem aliorum Processuum auctoritate Apostolica in speciem secutam de Anno 1628 **examinandum** in Civitate, et Dioecesis Mediolanensis per Rev.um D. Episcopum Bergomensensem ac D. Vicarium Generalem Mediolanensis stante absentia illius Em.mi D. Archiepiscopi, sive duas ex dignitatibus Cathedralis Bergomensis, Iudices per Sacra Rituum Congregationem deputatos vigore Litterarum Remissorialium in specie illis directa... Idem Tev.mu D. Promotor fidei petit, et instat eosdem Testes diligenter interrogari, et non aperiri, nisi in acta examinis, alias protestatus fuit de nullitate, omni etc.

Veneta, seu Mediolanense

Beatificationis, et Canonizationis Ven. Servi Dei Hieronymi Aemiliani fundatoris Congregationis Somaschae Interrogatoria Rev.mi D. fidei Promotoris.

B/ Interrogatoria

Mediolanensis

Beatificationis, et Canonizationis Ven. Servi Dei Hieronymi Aemiliani.

Prosper Bottinius Archiepiscopus Myrensis in omnibus Causis Beatificationum, et Canonizationum Sanctorum specialiter deputatus Promotor fidei à S. M. Clemente Papa X^o per eius literas in forma Brevis sub datum 5 Januarij 1674 in Actis Congregationis Sacrorum Rituum productas, petit, et instat, testes inducendos, et examinandos in Causa Beatificationis, et Canonizationis Ven. Servi Dei Hieronymi Aemiliani in Civitate Mediolanensi, et in alijs Civitatibus, ac locis, super Articulis per Procuratorem Causae in actis dictae Congregationis Sacrum Rituum exhibitis ad probandum nonnulla asserti miracula intercessione praedicti Servi Dei patrata post absolutos Processus auctoritate Apostolica in specie peractos, antequam super huiusmodi Articulis examinentur, praemisso iuramento tactis etc., et cum assistentiam, et interventum Subpromotoris fidei per eum nominati, super infrascriptis interrogatorijs fideliter, et separatim interrogari.

1. In primis serio moneatur quilibet testis quantumvis nobilis, et quacunq; dignitate praeditus de ut, et importantia iuramenti, et gravitate periuris, praesentim in Causis gravissimis, prout sunt istae Canonizationum Sanctorum.
2. Deinde interrogetur quilibet testis, ut supra, de nomine, cognomine, Patria, aetate, Parentibus, exercitio, seu professione, divitijs vel paupertate, et alijs circumstantijs ad eius personam, et conditionem spectantibus.
3. Item, an sit confessus peccata sua, et sanctae Eucharistiae Sacramentum sumpserit, in qua Ecclesia, à quo Sacerdote, quibus praesentibus, de quo mense, et anno ultima vice id fecerit.
4. Ulterius, an fuerit unquam inquisitus, accusatus, vel processatus de aliquo crimine, et quo, coram quo iudice, de quo anno, etiam an semel, vel pluries, et an sequuta sit absolutio, vel condemnatio, seu abolitio.
5. Similiter an ob aliquam causam fuerit unquam ex communicatus, et quoties, et ex qua causa, etiam an fuerit absolutus, vel adhuc in eadem ex communicatione permaneat.
6. Rursus an fuerit ab aliquo instructus vel in voce, vel in scriptis quomodo deponere debeat, etiam à quo, et quo loco, quibus verbis, et de quo tempore.
7. Interrogetur an ipse sciat, quid sit miraculum, et explicet quid sit, et in quod differat à gratia, et an audiverit, quod intercessione dicti Servi Dei Hieronymi post absolutos Processus auctoritate Apostolica in specie peractos alia patrata fuerint, illaque distincte, praecise, et exacte describat: etiam quatenus agatur de miraculis sanationum, interrogetur de causis, origine, qualitate, duratione, et symptomatibus, ac alijs quibuscumque circumstantijs morbi in specie, quem, et quas singillatim festis describat, exprimendo, an nribus et potentia naturae potuerint talia evenire. Etiam an praeceperint alicue crises, vel adhibita fuerint aliqua medicamenta, ex quibus excludi possit causa supernaturalis, distinguendo illaque vidit, ab ijs, quae audivit, et circa ea quae vidit, interrogetur de omnibus, et singulis circumstantijs loci et loci loci, temporis, et contestium.
8. Interrogetur, an sanationes quae dicuntur obtentae per intercessionem Servi Dei Hieronymi, sequutae fuerint in instanti post eius invocationem, vel potius ex intervallo, et quanto potissime quod sanationes.
9. Item interrogetur an praecesserint invocatio orationes, vel preces pro habenda intercessione dicti Servi Dei Hieronymi, et quando, vel ante, vel in ipso actu, à quo, seu quibus, quoties, et quomodo, et quibus praesentibus. Quo verò ad ea, quae testis audivit, post quam integram facti seriem retulerit, interrogetur à quo, seu quibus personis audiverit, ubi, quoties, et quando, et quibus praesentibus, recensendo in omnibus singulas circumstantias, cum causa, et ratione scientiae. Rursus interrogetur, an sanationes fuerint perfecte sequutae, vel cum aliqua recidiva in morbum. Etiam super his omnibus, et singulis circumstantijs interrogetur quilibet testis quoties deponit de aliquo miraculo sanationis in articulis non specificato, super quo gravatur conscientia subpromotoris.
- X. Interrogetur ulterius quilibet testis super uno quoque asserti miraculo sanationis, an sciat, quae remedia, et medicamina applicata fuerint pro removendo morbo ab infirmo, eaque distincte referat, super quo pariter oneratur conscientia Subpromotoris.
- XI. Etiam si contingat examinari aliquem Medicum, seu Chirurghum, strictius interrogetur de effectibus morbi tam ante, quam post adhibita medicamina, ac de alijs omnibus circumstantijs, ex quibus sanatio naturaliter contingere potuerit.
- XII. Circa casum expressum in 2^o articulo interrogetur quilibet testis, an. et quomodo sciat, quo loci spatio mons, qui corruisse dicitur, distaret à via, per quam sub dicto monte viatores transire solent.

- XIII. Item an summitas dicti montis adeo se porrigeret extra dicta viam subtus existentem, ut per eam transeuntes laedi non potuissent ex aliquo saxo cadente à summitate praedicta, seu eiusdem montis rectae ita se haberet ad dictas viam ut saxa labentia per montis acclivitatem evolverentur. In omnibus distincta etc. alias etc.
- XIV. Item an in spatio di montis, hoc est a summitate ad viam existerent lapides fixi, et eminentes, arbores, cespites, aut quid simile, quorum occursum saxa ab eadem summitate descendencia potuerint retineri, seu saltem impediri qui magno impetu ruerent. In omnibus etc. alias etc.
- XV. Item an Agricola, de quibus habetur mentio in articulo, fuerint proximi, seu distantes à loco montis, qui asseritur in saxa disiectus, et qua distantia, et proximitate, dum dicta saxa cadebant.
- XVI. An credat, quod praedicti Agricola potuerint defendi a saxis cadentibus auxilio lignorum, quibus onusti erant, seu ex arboribus, lapidibus, alijsque impedimentis, seu latibulis dicti montis, aut alio modo naturaliter à periculo se eripere. In omnibus etc. alias etc.
- XVII. Circa exposita in 3° articulo interrogentur singuli testes, an, et quomodi sciant, quod dd. Agricola intercessionem B. Mariae Virginis, aut alterius Sancti, seu animarum Purgatorijs non imploraverint, sed solum invocaverint **opem** Servi Dei Hieronymi Aemiliani.
- XVIII. Circa contenta in 4° articulo, interrogetur quilibet testis, an, et quomodo sciat, quod omnes dd. Agricola fuerint à saxis cadentibus graviter percussi, et postea absque ullo lesione reperte.
- XIX. Circa deducta in 6° articulo fiant singulis testibus interrogationes supra positae sub numeris 9, 10 et XI. In omnibus etc. alias etc.
- XX. Item an, et quomodo sciant, à quo tempore Baptista Benaglia infirmus reperiretur, dum asserti valetudinem recuperavit.
- XXI. Item an idem infirmus aliquam mentis excessum, seu delirium occasione dictae infirmitatis unquam, et quando passus fuerit, et quo spatio temporis in eo permanserit.
- XXII. Interrogetur ulterius, an infirmo applicata fuerit aliqua reliqui, vel quid simile alicuius Sancti, seu ab aliquo ex circumstantibus fuerit invocatum pro eo auxilium alterius Sancti, seu Beat.mae Mariae Virginis.
- XXIII. Circa a ss. apparitionem Servi Dei interrogetur singuli testes, an dictus Baptista tunc dormiret, seu vigilaret, an antea somnum coepisset, et tunc esset inter somnum, et vigiliam, quomodo cognoverit Servum Dei Hieronymum Aemilianum, an unquam viderit illius effigiem, quibus vestibus esset indutus, quanto tempore duraverit apparitio, in qua parte noctis contigerit, et an tempore aurorae proximo, an antequam somnum coepisset sermonem habuerit de Servo Dei vel de illo cogitaverit, etiam an post apparitionem conceperit solam spirituali, et devotione peculiari fuerit affectus, et praecipue erga Servum Dei. An dignoscat veras visiones ab illusionibus, et quatenus sciat, assignet rationem differentiae.
- XXIV. Interrogetur testes, inter quod temporis spatium infirmus post receptam, ut dicitur, sanitatem, vires pristinas realsumpserit, et an in morbum deinde rursus incidit.
- XXV. Ultimo generaliter interrogetur circa famam, an sciat, quid sit fama, et an illa de assertis miraculis in testimonium sanctitatis Servi Dei Hieronymi factis viguerit in aliqua parte Populi, an verò in maiori, an orta sit ex probabilibus causis, vel potius fuerit vanus rumor Populi. An habuerit originem à personis nimis affectis, vel suspectis, vel affinibus, amicis intrinsecis, religiosis eiusdem Ordinis, vel alijs quibuscumque qui ratione Ecclesiae, in qua Corpus reperitur, vel ob aliquam aliam causam aliquod interesse saltem affectionis habere possint. An personae, ò quibus fama orta est, essent graves, et fidedignae, an potius leves et ordinariae, puta, mulieres, rustici, et alij idiotae, vel ignari. An fama huiusmodi fuerit constans, et perpetua, quae semper duraverit, vel brevi, et per modicum tempus, et cito evanverit. An contra huiusmodi famam fuerit unquam aliquid dictum, factum, vel auditum in contrarium. Denique an huiusmodi fama viguerit non solum in loco ubi dictus Servus Dei vixit, vel mortuus fuit, sed etiam in alijs locis, et in quibus, vel potius in alijs locis, non autem in eo, in quo vixit, vel mortuus fuit, vel etiam contra fuerit tantum in loco, in quo vixit, et mortuus fuit, non autem in alijs locis, etiam unde hoc processerit, quod fama non fuerit in omnibus locis, et maxime in eo, in quo vixit, vel mortuus fuerit.

In reliquis suppleat pietas, integritas, et diligentia Domini Iudicis examinare debentis, cui, et Subpromotori fidei datur facultas in solidum alia superaddendi, prout illis in Domino videbitur ad veritatem in re tam gravi eruendam expedire.

Prosper Archiepiscopi Myrens Fidei Promotor

Ill.mo er R.mo Sig.r Sig.r patrone Colendissimo

Mi rappresenta questo Padre Prevosto de Somaschi non volirsi dal Sereni.mo Collegio de Venetia ammitter la copia della littera commissaria diretta à V. S. Ill.ma, et à me come Congiudici per l'essecutione ma si vogli l'originali, che si trova in mano del Procurator del luogo de Somasca ben sigillata, per lo che fa di misteri aprirla per tal effetto. Io per me steso mi rimetto alla somma prudentia de V. S. Ill.ma d'effettuar l'aper.ne et indirizzarla al P. Procurator di Venetia perché la faci sollecitamente riconoscere e rimettersi appresso à V. S. Ill.ma che si degnarà conservarla per aprirsi poi nella forma prescritta dalla Sac. Congregatione essendo necessario che apparisca tal modo, con lasciar in mano de V. S. Ill.ma ogn... facultà in questo et ogn'altro accidente, che potesse proporsi, prendo sommamente di questa occasione, che mi servirà per riverir V. S. Ill.ma e prestar li miei ossequij all'impareggiabile merito di Lei, riserbando in voci esprimer meglio i miei riverentissimi sentimenti, facendo per fine à V. S. Ill.ma indirizzo umilissimo.

Milano 20 settembre 78

D. V. S. Ill.ma et R.ma

Umilissimo et obligatissimo Servitore

Francesco Bernardino Corradino V. G.

/p.1r/ De mandato Ill.mi et Rev.mi D. Episcopi Bergomensi ac Rev.rum d.d. Vicarij Generalis Archiepiscopalis Mediolani, et Praepositi et Archipresbiteri Dignitatum Ecclesiae Cathedralis Bergomensis Coniudicum Delegatorum citentur personaliter.

Per Ill.is et Admodum M. R. D. Jo: Thomas Butius J.U.D. Prothonotarius Apostolicus Advocatus Promotor fiscalis Curiae Archiepiscopalis praedictae ac Subpromotor fidei specialiter deputatus ab Ill.mo et Rev.mo D. Promotore fidei in Urbe ex adverso Prior.lis, ac Spectab. D. Joseph Ambiverus Causidicus publicus Bergomensis, et Notarius Collegiatus, Curiaeque Episcopalis Bergomensis Promotor fiscalis Subpromotor specialiter deligatus prout in actis etc. ad personaliter comparendum tam Coniunctim, quam divisim quatenus etc. pro hodie post Vesperas hora vigesima secunda coram prefati d.d. Coniudicibus in Sacristia Ecclesiae Ven. Collegij Congregatione Somaschae situr in oppido Somaschae Mediolanensis Dioecesis Agri verò Bergomense pro loco audientiae designato ut in actis, ad que etc., nec non /p.1v/ dicendum contra jura omnia, positiones, seu articulos productur, seu repetitur, et in actis exhibitur, et receptur per acta Admodum Rev. Dominici Regretti Presbiteri Notarij Apostolici, et Curiae Archiepiscopalis Mediolani Notarij, et videndum illa, et illos admitti, et fieri de actis infrascripti Notarij Actuarij specialiter deputati, et contra Testes inducendos decerni citationem omniaque alia dici, et fieri etc. ad tenorem, et formam literarum remissorialium de quibus in actis, et decretum quodcumque opportunum, et necessarium interponi ad hodiernam diem, et horam iam indicatam, et in loco iam designato, sic instante Admodum Rev. P. Don Francisco Paleardo nomine de quo in actis etc. Datum et actum in aedibus habitationis prefati Ill.mi D. Episcopi sita in Ven. Collegio Somaschae die octava mensis Octobris 1678 de mane.

Daniel Episcopus Bergomensis Judex Delegatus.

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius Generalis, et Judex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensis Coniudex Delegatus.

/p.2r/ Presbyter Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Apostolicus Notarius Actuarius deputatus rogatus etc.

Die Sabbati octava mensis predicti hora 17 circiter.

Retulit mihi Notario Actuario deputato infrascripto Jacobus Seghispinus Clericus Bergomensis Cursor specialiter deputatus, et juratus se presentasse copiam retroscriptae citationis in manibus dicti Jo: Thomae Bucij advocati fiscalis Curiae Archiepiscopalis Mediolani, et Subpromotoris fidei, et alia fecisse prout habuit in mandatis, ulteriusque diligentias adhibuisse pro reperiendo sp.is D. Joseph Ambivero Causidico publico Bergomense et Promotore fiscali Curiae Episcopalis Bergomensis, et altero Subpromotore deputato, et sibi dictum discessisse ab hoc oppido Somaschae et ad Civitatem Bergomense perrexisse ob sua urgent.ma peragenda negocia prout affirmavit, et retulit mihi Notario Actuario infrascripto deputato medio eius juramento quod prestit tactis scripturis etc.

Ita est. Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Actuarius deputatus rogatus etc.

In Christi nomine Amen. Anno 1678 Indictione prima. Pontificatus autem Domini in Christo Patris ac D. N. D. Innocentij Divina dispositione P. P. XI Anno 3°.

Die sabbati octavo mensis Octobris hora vigesima secunda, indicta iam pulsata.

Coram prefatis Ill.mo et Rev.mo D.D. Episcopo Bergomense /p.2v/ ac Rev.mis d.d. Vicarij Generali Archiepiscopalis Mediolani, Praeposito et Archipresbitero Dignitatibus Ecclesiae Cathedralis Bergomensis Judicibus Delegatis etc. existentis et simul congregatis in Sacristia huius Venerab. Collegij oppidi Somaschae loco audientiae ab iisdem designato, meque Notario Actuario presente ac per Ill.ri et Admodum Rev. D. Jo: Thoma Bucio J.U.D. Promotore fiscali Curiae Archiepiscopalis Mediolani Subpromotore fidei deputato etc. citato personaliter respective pro hoc die, et hora per Cursorem suprascriptum deputatum.

Comparvit personaliter Admodum Rev. P. Don Franciscus Paleardus nomine de quo supra etc. in termino citationis utsupra legitime secutus, quam hic exhibet seu reproducit aut reproduxit, et repetijt respective quatenus etc., ac petijt, et instetit prout in ipsa citatione, et Testes examinandos pro causa, de quo in actis induxit, et inducit cum nominibus cognominibus, et patria etc. ut sequitur describenda, et cum reservatione **se...** producenda alios Testes de novo quatenus opus fuerit.

Admodum Rev. D. Ambrosius Bognus de Arcene, Curatus Caloltij, qui locus distat ab hoc oppido ad dimidium milliaris circa.

/p.3v/ Admodum Rev. D. Martinus Grassus de Modetia, Curatus Vercurati, qui locus pariter eaque distat.

Martinus Benaleus q. Bartolomei Somaschensis.

Jacobina Benalea q. Joannis Benaleae Somaschensis.

Francisca Benalea filia eius dicte Jacominae Somaschensis.

Antonius Benalea filius suprascripti Martini Somaschensis.

Bartholomeus Benalea alter filius eiusdem Martini Somaschensis.

Joannes Bolis q. Francisci Somaschensis.

Petrus Vagus q. Melchioris de dicto loco Vercurati.

Petrus Grippa de Besano prope, et intra fines oppidi Somaschae

Maria q. Joannis Amigoni Somaschensis.

Dominica filia Angeli Bolis Somaschensis.

Jacobus Bolis q. Jacobi Somaschensis.

Bernardinus Valseccus dictis Vulpis q. Antonij de dicto loco Besani.

Oli... altera filia Angeli Bolis Somaschensis.

Praemissis praesens personaliter D. Promotor fiscalis Curiae Archiepiscopalis Mediolanensis fidei Subpromotor ut in actis dixit, et protestatur fuit nihil fieri, nisi deinceps, et in quolibet actu legitime citato pro certis diebus, et hores ad effectuum etc. aliter etc.

/p.3v/ Jo: Thomas Butius Procuratores fiscalis Curiae Archiepiscopalis Mediolani et S.tae fidei Subprocurator etc.

Qui prefati D.D. Judices sedentes in Sacristia praedicta presente Juris U. Doctore d. Jo: Thoma Bucio Subpromotore fidei intelligentes etc. visis etc. praedicta iura, positiones, et articulos ut supra productus, et repetitur, ac protestationem supradicti d. Subpromotoris fiscalis admiserunt si, et in quantum in forma etc., et ex plene mandarunt Subpromotores fidei sive coniunctim, sive divisim citari in quolibet actu faciendo in causa de quo etc. Testium que nominationem, seu inductionem pariter admiserunt si, et in quantum illosque examinari mandarunt previo eorum juramento tactis Sacrosanctis Evangelijis per diem ante, et propterea comiserunt Cursori deputato citationes in forma contra eosdem ad iurandum pro die lunae decima mensis currentis proximo de mane hora decima quinta circiter in Capella S.ti Caroli Ecclesiae Ven. Collegij de Somasca, et subijciendum se examini in Sacristia eiusdem Ecclesiae per die martis subsequente hora pariter decima quinta circiter ad formam dictarum literarum remissorialium, ac protestationis d.d. Subpromotoris, et ulterius mandarunt citari Subpromotores fidei in quolibet actu pro diebus, et horis certis supra notatis ad effectum etc., et iuxta protestata, et ita etc. omni etc.

Actum presentibus M. R. Bernardo Ferla Sacerdote Bergomense, et /p.4r/ Domino Andrea à Valle Notario Coadiutore Curiae Episcopalis Bergomensis, testibus rogati etc.

Daniel Episcopus Bergomensis Judex Delegatus.

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius Generaliss, et Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensis Coniudex Delegatus.

Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Actuarius deputatus rogatus etc.

De mandato Ill.mi et Rev.mi D. Episcopi Bergomensi ac Rev.rum d.d. Vicarij Generalis Archiepiscopalis Mediolani, et Praepositi et Archipresbiteri Dignitatum Ecclesiae Cathedralis Bergomensis Coniudicum Delegatorum per Jacobum Seghispinum Clericum Bergomensem Cursorem deputatum ut in actis etc. citentur personaliter Testes omnes per prefatum d. Patrem Procuratorem nominatos, et infra descriptos ad comparendum personaliter in Capella Sancti Caroli Ecclesiae Ven. Collegij Somaschae die lunae decimo mensis octobris circiter ad probandum juramentum in dicta Capella, et subijciendum se postea examini in Sacristia eiusdem Ecclesiae loco specialiter designato die martis subsequente hora decima quinta circiter, et successive continuando diebus, et horis sequenti ad normam prescriptam in literis remissorialibus sub poena excommunicationis alijsque arbitrio etc. in casu /p.4v/ inobedientia incurrenti aliter etc. in quorum.

Datum Somaschae ex Ven. Collegio S. Bartholomei die octava octobris 1678 post Vesperas hora vigesima tertia circiter.

Nomina Testium citandorum etc. sunt:

Admodum Rev.o d. Ambrosius Bognus de Arcene, Curatus Calolcij, qui locus distat ab hoc oppido ad dimidium milliaris circa.

Admodum Rev.o d. Martinus Grassus de Modetia, Curatus Vercurati, qui locus pariter eaque distat.

Martinus Benaleus q. Bartholomei Somaschense.

Jacomina Benalea q. Joannis Benalea Somaschense.

Francisca Benalea filia eius dictae Jacominae Somaschense.

Antonius Benalea filius suprascripti Martini Somaschense.

Bartholomeus Benalea alter filius eius dicti Martini Somaschense.

Joannes Bolis q. Francisci Somaschense.

Petrus Vagus q. Melchioris de dicto loco Vercurati.

Petrus Grippa de Besano prope, et intra fines oppidi Somaschae

/p.5r/ Maria q. Joannis Amigoni Somaschense.

Dominica filia Angeli Bolis Somaschense.

Jacobus Bolis Somaschense q. Jacobi.

Bernardinus Valseccus dictis Vulpis q. Antonij de dicto loco Besani.

Oliva altera filia Angeli Bolis Somaschense.

Daniel Episcopus Bergomensis Judex Delegatus.

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius Generalis, et Judex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensis Coniudex Delegatus.

Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Actuarius deputatus rogatus etc.

De mandato Ill.mi et Rev.mi D. Episcopi Bergomensi ac Rev.um d.d. Vicarij Generalis Archiepiscopalis Mediolani, et Praepositi et Archipresbiteri Dignitatum Ecclesiae Cathedralis Bergomense Coniudicum Delegatorum per Jacobum Seghispinum Clericum Bergomensem Cursorem deputatum ut in actis.

Per Ill.is et Admodum Rev. d. Jo: Thomas Bucius Promotor fiscalis Curiae Archiepiscopalis Mediolani ac Subpromotor nec non Sp. D. Joseph Ambiverus promotor fiscalis Curiae Episcopalis Bergomensis alter Subpromotor tam coniunctim, quam /p.5v/ divisim, ac omni etc.

A comparendum die lunae de mane hora decima quinta circiter coram prefatis d.d. Iudicibus sedentibus in Capella S. Caroli in Ecclesiae Sancti Bartholomei Ven. Collegij oppidi di Somaschae mediolanensis Dioecesis ad videndum jurare Testes inductos, seu inducendos per Admodum R. P. Don Franciscum Palearum procuratorem instantem, et illos, et quemlibet eorum examinari mandari in Sacristia eiusdem Ecclesiae pro die Martis subsequenti hora decima quarta circiter pro causa de qua etc., ac dandum interrogatoria quatenus etc. alias videndum mandari deferri iuramentum et examinari respective sine eorum presentia ac sine interrogatorijs, et decretum quod cumque necessarium, et opportunum fieri, et interponi ad dictas dies et horas instante Admodum R. P. Don Francisco Palearo nomine, de quo in actis. In quorum.

Datum Somaschae ex Collegio S. Bartholomei die octava mensis octobris 1678.

Daniel Episcopus Bergomensis Iudex Delegatus.

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius Generalis, et Iudex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensis Coniudex Delegatus.

Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Actuarius deputatus rogatus etc.

/p.6r/ Die octava octobris 1678 Vespere post vigesimam tertiam horam.

Retulit mihi Notario Actuario deputato infrascripto Jacobus Seghispinus Clericus Bergomensis Cursor specialiter deputatur ut in actis se hodie citasse de mandato utsupra Testes nominatos ut ante per superscriptum Admodum R. P. Don Franciscum Palearum nomine de quo supra pro die lunae de mane hora decima quinta circiter copiamque retroscriptae citationis intimasse personaliter, et reliquisse in manibus retroscriptorum Testium, ac cuiusque iposorum aliaque fecisse, et gessisse prout habuit in mandatis, nec non aliam copiam ultrascriptae citationes intimasse, dedisse, et in manibus reliquisse antescipto d. Jo: Thomae Bucio Subpromotori fidei, et ulterius perquisivisse dictum Sp. D. Josephum Ambiverum alterum Subpromotorem causa in citatione de qua supra expressa et non invenisse ob eius discessum, et alia gessisse prout habuit in mandatis etc. prout mihi Notario Actuario deputato infrascripto retulit iuramento suo tactis etc.

Ita est. Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Actuarius deputatus etc.

/p.6v/ Die lunae decima mensis octobris 1678 de mane hora decima quinta indicta iam pulsata.

Coram Ill.mo D. Episcopo Bergomense, ac Rev.mis d.d. Vicarij Generali Archiepiscopalis Mediolani, ac Praeposito et Archipresbitero Dignitatibus Ecclesiae Cathedralis Bergomensis Iudicibus Delegatis existentis Capella Sancti Caroli Ecclesiae S.ti Bartholomei oppidi Somaschae Mediolanensis Dioecesis loco destinato ad recipiendum iuramenta Testium, ac ad alia infrascripta meque Notario Actuario deputato, et presente d. Jo: Thoma Bucio Advocato et Promotore fiscali Curiae Archiepiscopalis ac Subpromotore deputato, ac citato respective.

Comparvit personaliter Admodum R. P. Don Franciscus Palearum nomine de quo in actis in termino citationis tam contra Testes quam contra dictum d. Subpromotorem, ac alium Subpromotorem deputatum absentem pro hoc die, et hora, quas supra registratur exhibivit seu repetijt fieri, et exequi prout in dictis citationibus, sibi que, jus etc. omni etc.

/p.7r/ Ad haec ex adverso presente superscripto d. Jo: Thoma Bucio Subpromotore deputato etc. et dicente velle interesse cuicumque actui, ac examini Testium inductorum, seu inducentorum cum intendat dare interrogatoria oclusa, et sigillata in quolibet actu examinis dictum Testium ad formam suae instructionis et deputationis alias protestatur de nullitate etc.

Jo: Thomas Bucius Procurator fiscales Curiae Archiepiscopalis Mediolani ac fidei Subpromotor etc.

Qui prefati D.D. Iudices Delegati sedentes etc. intelligentes etc. visis etc. mandarunt deferri iuramenta Testibus citatis in eorum manibus tactis Sacrosanctis Evangelijs, eorum que examina, et cuiusque eorum examen separatim recipi, et fieri, et inchoari pro crastina die de mane hora decima quinta circiter, et de sero hora vigesima prima circiter, et continuari horis praedictis ac diebus sequentibus usque ad complementum processus, et examinis servata forma in omnibus, et per omnia literarum remissorialium, et protestationis superscripti d. Subpromotoris, et non alias etc. quem d. Subpromotorem ad hunc effectum mandarunt citari /p.7v/ seu intimari ad interessendum examini Testium pro diebus, et horis ut supra designatis, et ad dandum interrogatoria quatenus etc. et ita etc. omni etc.

Et illico ijsdem ut supra presentibus meque Notario Actuario deputato comparverunt personaliter superscripti Testes ut ante citati per Cursorem ut ex eius relatione ac vocati nominatim per me etc. de mandato etc. ad accedendum coram superscriptis d. d. Iudicibus ut supra assistentibus prout unus quisque divisim, et seorsim comparvit, et accessit iuxta ordinem, et praestitit iuramentum in manibus dictorum d.d. Iudicum tactis Sacrosanctis Evangelij de dicenda veritate super ijs, super quibus interrogabuntur, et unus quisque eorum specialiter monitus fuit ad se subiiciendum examini pro

crastina die horis ut supra indictis, ac alijs diebus, et horis successivis usque ad perfectionem integram examinis prout quilibet uti **obedi...** filius se promptum et paratum reddidit ad effectum etc. et ita etc. omni etc.

Daniel Episcopus Bergomensis Judex Delegatus.

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius Generalis, et Judex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensis Coniudex Delegatus.

/p.8r/ Actum ubi coram quibus supra presentibus et audientibus R. Bernardo Ferla Sacerdote Bergomense, et D. Andrea à Valle Bergomense, Testibus etc.

Ita est. Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Actuarius deputatus etc.

De mandato Ill.mi et Rev.mi d. Episcopi Bergomense ac Rev.rum d.d. Vicarij Generalis Archiepiscopalis Mediolani, ac Praepositi, et Archipresbiteri Dignitatum Ecclesiae Cathedralis Bergomense Coniudicum ect. per Jacobum Seghispinum Clericum Bergomensem Cursorem deputatum intimatum, et precipiatur personaliter.

D.D. Jo: Thomae Bucio J.U.D. Advocato fiscali Curiae Archiepiscopalis Mediolani Subpromotori fidei, et d. Joseph Ambivero Promotore fiscale Curiae Episcopalis Bergomensis, alteri Subpromotori deputato tam Coniunctim, quam divisim, et quatenus etc..

Qualiter infrascripti Testes die crastina de mane hora decima quinta, et de sero hora 21 quae erit martis undecima octobris 1678 currentis in Sacristia Ven. Collegij oppidi Somaschae situm in Mediolanensis Dioecesis juxta suos fines etc., coram iisdem, et per eodem d. d. Judices examinabuntur super positionibus et articulis in actis exhibitis, et prius super interrogatorijs juxta formam prescriptam in literis, dandis quatenus etc. alias ad videndum mandari examinari illos et quamlibet ipsorum sine eorum, ac /p.8v/ et cuiuslibet eorum presentia, et interrogatorijs ideo etc. aliter etc. instante Admodum Rev. P. don Francisco Paleardo Procuratore nomine de quo in actis etc. Datum ex aedibus Venerandi Collegij S.ti Bartholomei Somaschae die lunae 10 mensis octobris 1678.

Daniel Episcopus Bergomensis Judex Delegatus.

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius Generalis, et Judex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensis Coniudex Delegatus.

Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Actuarius deputatus etc.

Die lunae decima mensis octobris 1678 hora decima nona pulsata.

Retulit mihi Notario Actuario deputato infrascripto Jacobus Seghispinus Clericus Bergomense Cursor deputatus se hodie intimasse dedisse et dimisisse in manibus suprascripti d. Jo: Thomae Bucio Subpromotori fidei copiam similem suprascriptae intimationis reperti in oppido Somaschae eique percepisse ut in illa, et procurasse intimare alteram similem suprascripto d. Josepho Ambivero alteri Subpromotori, et illum non invenisse ob eius discessum, et ita retulit juramento suo tactis etc.

Ita est. Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Actuarius deputatus rogatus etc.

Die martis undecima mensis predicti de mane hora ut pulsata et indicta.

/p.9r/ Coram Ill.mo D. Episcopo Bergomense, ac Rev.mis d.d. Vicarij Generali Archiepiscopalis Mediolani, et Praeposito, et Archipresbitero Dignitatibus Ecclesiae Cathedralis Bergomensis Judicibus Delegatis etc. **existent.** in Sacristia Ven. Collegij Congregationis Somaschae oppidi Somaschae simul congregatis meque Notario Actuario deputato etc. ac praesente d. Jo: Thoma Bucio Subpromotore fidei citato etc. comparvit Admodum R. P. Don Franciscus Paleardu procuratore nomine de quo supra et repetijs, seu reproducit quatenus opus sit citationem, seu intimationes ut supra legitime secutur contra predictos d. d. Subpromotores, et instetit fieri de actis etc. omni etc.

Qui prefati d. d. Judices ut supra sedentes etc. visis etc. prefatas intimationes admiserunt et mandarunt fieri de actis in forma etc.

Daniel Episcopus Bergomensis Judex Delegatus.

Franciscus Bernardinus Corradinus Vicarius Generalis, et Judex Delegatus.

Joannes Baptista Vertua Praepositus Bergomensis Coniudex Delegatus.

Joannes Baptista Moiolus Archipresbiter Bergomensis Coniudex Delegatus.

Jacobus Antonius Gallinonus Notarius Actuarius deputatus rog. etc.

/p.9v/ Illico post discessum predicti Admodum R. P. Procuratoris de mandato etc.

Comparvit coram predictis d.d. Judicibus existentibus ut supra meque Notario Actuario deputato scribente, ac presente suprascripto d. Bucio Subpromotore citato ad hunc effectum etc.

Admodum Rev. Ambrosius Bognus fq. D. Clementis loci de Arcene mediolanensis Dioecesis ac Curatus loci Caloltij eiusdem Dioecesis Testis nominatus et inductus in causa de qua etc. per suprascriptum Admodum R. P. Don Franciscum Paleardu procuratorem Congregationis Somaschae iam juratus, et monitus etc. cui delato per suprascriptos d. d. Judices delegatos iterum juramento tactis Sacrosanctis Evangelijs de veritate dicenda fuit examinatus, et juxta interrogatoria quae tunc clausa, et obsignata sigillo Ill.mi et Rev.mi d. Promotoris fidei in Urbe exhibita dictis d. d. Judicibus per suprascriptum d. Bucium Subpromotorem cum protestatione quod super illis prius quicumque Testis inducendus prout supra examinandus sit, et post completum cuius quemque examen claudantur et

eius sigillo signentur, nec aperiantur nisi in actus examinis cuiusque Testis juxta suam instructionem, quae interrogatoria supra exhibita /p.10r/ sunt plicata, et à tergo sigilli inscripta sunt prout sequitur.

Interrogatoria Per Ill.mum et Rev.mum Prosperum Bottinum Archiepiscopum Myrensem S. fidei Promotorem data, iuxta quae, antequam deveniatur ad examen Testium in causa Servi Dei Hieronymi Aemiliani fundatoris Congregationis Somaschae super miraculis eius intercessione ut pretenditur patris post Confessionem aliorum processuum auctoritate Apostolica in specie **secuta** usque de anno 1628 **examinand...** in Civitate, et Dioecesis mediolanensis per Rev.dum d. Episcopum Bergomensem, et D. Vicarium Generalem mediolanensis stante absentia illius Emin.mi d. Archiepiscopi, sine duas ex Dignitatibus Cathedralis Bergomensis Judices per Sacra Rituum Congregatione deputatos vigore literarum remissorialium in specie illis directarum Admodum Rev.mus Procurator fidei petit, et instat eorundem testes diligenter interrogari, et non aperiri nisi in actu examinis, alias protestatus fuit de nullitate omni etc.

Veneta seu mediolanensi Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Hieronymi Aemiliani fundatoris Congregationis Somaschae Interrogatoria Rev.mi d. fidei Promotoris et in calce processuum **alligando et registrando** respective tenoris verò prout intus, quaeque interrogatoria ut supra exhibita fuerunt aperta et dissigillata per predictos d. d. Judices, et in termino citationis, seu intimationis quoque die, et hora iam indicta, et pulsata inceptum fuit examen prout infra.

Interrogatus juxta primum interrogatorium per ipsomet d. d. Judices predictus Admodum Rev. D. Ambrosius Bognus.

Respondit optime super in, et importantia juramenti.

Juxta 2um

Respondit – mi chiamo Ambrosio la mia casata de Bogni figliolo del q. d. Clemente del luogo di Arcene diocesi di Milano et Territorio di Bergamo, di anni 43 compiti alli 2 settembre prossimo passato /p.10v/ Son Sacerdote dall 1660 in qua et da dieci anni in qua son Curato della Parochiale del luogo di Caloltio Diocesi di Milano, et Territorio di Bergamo, et in ordine al mio patrimonio temporale sarà del valore di scudi mille cinque cento in circa di moneta Bergamasca e la rendita della mia Cura, tra certi et incerti arriverà à due milla lire in circa.

Juxta 3um

Respondit – Come Sacerdote e Curato soglio celebrar messa continuamente quando non habbi impedimento legitimo et il mio Confessore è il S. Curato di Vercurato per nome D. Martino Grassi.

Juxta 4

Respondit – Coll'aiuto di Dio non sono mai stato inquisito, accusato ne condannato d'alcun delitto.

Juxta 5

Respondit – ne pure son stato mai scomunicato.

Juxta 6

Respondit – ne meno son stato, ne in voce ne in scritto instrutto da alcuno di quello che io sono per deporre in questo presente esame.

Juxta 7

Respondit – il miracolo è tutto ciò che vien operato da Dio fuori dell'ordine di natura, e differisse dalla gratia, la quale può /p.11r/ essere ancora con l'ordine di natura ordinaria, et ho sentito che per intercessione del Ven. Servo di Dio Girolamo Miani, fondatore della Congregatione Somasca, doppo fatto il processo con autorità Apostolica sopra li di lui miracoli n'habbia fatti altri, come anco gratie e li miracoli che ho inteso sono nel modo come dirò adesso.

Una tal Donna chiamata Maria moglie di Lorenzo Ubiale, mia Parochiana, più volte in tempo ch'io sono Curato mi ha riferito in casa di lei, ch'io visitai come inferma per mio debito, et altre volte in tempo che era infermo suo marito, che essa medesima pativa di male di rottura con pericolo mortale et in occasione che teneva in casa un ritratto del detto Venerabile Servo di Dio Girolamo Miani, à quello si ricomandava con divotione per impetrare la sanità di quella malattia, perché l'haveva anche liberata dalla peste, che fu dell'anno 1630, dicendomi che era stata segregata dalla gente insieme con una sua cognata, che haveva l'istesso male, et essa medesima haveva un bobone, et una glandola, e fatto voto al detto venerabile Girolamo Miani con andare cinque sabbati à visitare il luogo della Valetta ove esso Venerabile Servo di Dio era solito far oratione e portarli alcune oblationi promesseli /p.11v/ la mattina seguente si trovò guarita à fatto, e se ne ritornò à casa sua con poi adempere il voto.

Un'altra donna chiamata Cattarina, moglie di Lorenzo Sacco, mia Parochiana, dice essere stata liberata dalli spiriti, da quali era obsessa mentre era essorcitata da un Rev. Sacerdote, et essa dice essere stata liberata per l'intercessione del detto Venerabile Servo di Dio Girolamo Miani, al quale con gran devotione s'era raccomandata.

È stato da me ancora un tal Pavolino di Villa d'Adda, Diocesi di Milano, et dice essere stato miracolosamente liberato dal naufragio mentre trasportava sopra una barca certe legne nel fiume Adda sopra le quali esso stava sedendo, et ribaltandosi la barca cade confusamente insieme con le legne nel detto fiume molto rapido, et profondo, et non sapendo in modo alcuno notare, disse che ritrovandosi al fondo si raccomandò con il cuore alla Beata Verine et al detto Beato Girolamo Miano, et disse che si sentì à dare come una spinta, et si trovò improvvisamente alla ripa dove sua moglie gli porse la mano, benchè prima fosse da quella distante, et poi disse che venne à Somasca à soddisfare il suo voto, et che anco ne fosse fatto memoria da un Notaro, e stimo che questo fosse l'anno 1642 per quanto esso dice.

